

*Bemerkungen aus der Sicht des Brixner Domkapitels zum Brief des NvK (Nr. 6201). Aus seiner Weigerung, Stellvertreter einzusetzen, gebe hervor, dass NvK sein Bischofsamt nicht mehr ausführen wolle. Die Wiederaufnahme der Gottesdienste in Bruneck sei nicht auf Anordnung des Kapitels geschehen, jedoch habe Johannes Ebner auf die Rechtslage verwiesen, wonach nach der Freilassung des NvK auch das Interdikt aufgehoben sei. NvK habe seine Untertanen also unrechtmäßig mit dem angeblichen Interdikt bedrängt.*

Or.: BOZEN, StA, Codex Handlung (ehemals: INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) f. 129<sup>v</sup>-130<sup>v</sup>.

Item nota verba littere d. cardinalis, ubi dicit in hec verba quo ad vicesgerentes in temporalibus et spiritualibus non esse neccesse etc.<sup>1)</sup> Judicio meo, si aliquis wlt esse episcopus, et recedit et per se non wlt facere officium suum, tenetur aliis committere. Signanter d. cardinalis se obligavit in primo ingressu suo, uti de hoc est littera sigillata a paternitate sua capitulo tradita, quod in recessu ab ecclesia deberet 5 deputare locumtenens iuxta capitulo et suorum consilium etc. Et quomodo posset diocesis seu cura animarum regi et iurisdictionalia ecclesie conservari sine locumtenentibus in spiritualibus et temporalibus? Et si quis per se non wlt regere curam animarum nec per alium, quomodo erit episcopus, qui abdicat omnia a se, que sunt officii sui pontificalis?

Item, ubi dicitur in littera d cardinalis capitulum mandavit in Braunegka divina resumi et sibi obeditur, 10 adnectendum est, quod plebanus in Brunecka habuit consilium magistri Johannis Ebner bone memorie.<sup>2)</sup> Iste ostendit eidem Cle. predictam<sup>3)</sup>, ex quo ibidem non est dominium d. ducis, eciam si fuisset interdictum, tamen postquam cessasset captura, possent divina resumi. Et ita eciam plebanus sine mandato capituli divina resumpsit.

Item, ubi d. cardinalis scribit, quod Brixine celebrarunt et facto ostenderunt nichil curandum interdictum, considerandum est, quod in vero non fuit interdictum in Brixina iuxta omnem iuris disposicionem, eciam si fuisset in dominiis d. ducis, quia Brixina in nullo peccavit et ibidem est dominium ecclesie. 15

Item d. cardinalis scribit, quod isti sub comite sunt parati servare eciam interdictum etc. Sua paternitas scit, quod secundum ius commune, eciam si pene iuris locum habuissent, ibidem non fuisset interdictum, ex quo non est dominium d. ducis. Et tamen sua paternitas perswasit, quod servarent; et qui non servarent, reputabantur ab eo irregulares et excommunicati. Et ita fuit unus missus nuncius, qui absolucionem et rehabilitacionem de Roma afferret; et non fuit neccesse, quia de hoc ius clare disponit. Et fuerunt pauperes clerici et laici sue diocesis ita tribulati etc. 20

<sup>1)</sup> S.a. Nr. 6201 Z. 13f.

<sup>2)</sup> Der Brixner Domherr Johannes Ebner starb am 3. August 1460 (NEUSTIFT, StA, Hs. 4, Innenseite Deckel). Aus seinem Tod ergibt sich ein Terminus post quem für die Abfassung des Codex Handlung.

<sup>3)</sup> Nämlich die häufig zitierte Clementine ‚Si quis suadente‘ (Clem. 5.8.1, ed. Friedberg II 1187f.), die bei einem Angriff auf einen Bischof ipso facto das Interdikt verhängte.